



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres Societatis Jesu

Oliverius, Horatius

Pragae, 1711

XXII. R. P. N. Mutii Vitelleschi Præpos: Gen: VI ad Superior: Societ: A. 1617.  
4. Jan: Monita quædam iisdem data

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55386)

Præpositorum Generalium  
Societatis JESU

XXII.

R. P. N.

MUTII  
VITELLESCHI

Præpositi Generalis VI.

Prima,

Ad Superiores Societatis  
JESU.

Anno 1617. 4. Jan.

*Monita quaedam iis data.*

1. **L**icet insufficientiam meam ad feren- *Præfatio.*  
dum onus impositum cognoscerem ma-  
nifestè per imperfectionē mentis ( ne-  
que enim aliunde opportunius huic Episto-  
læ initium facere me posse video, quàm ab  
hisce verbis, quibus ad sui magni Ordinis  
Provinciales conscriptas litteras exorsus  
est B. Bonaventura ) *Congregationis tamen Ep. de re-  
generalis, & altissimi Dei voluntate pertina- for. Fratr.*

Dd 3 *citer*

citer resistere equum minimè erat. Eam rem sarcina gravi, & quasi importabili humeros supposui imbecilles, sperans de adiutor virtutis Omnipotentis, & confidens de adniculo vestra sollicitudinis in idipsum. Ne etsi sit impossibile homini quantumcumque industrio, & experto totam tanti oneris sarcinam suis humeris bajulare; si tamen divisas partes, & humeris imposita diversorum virorum à quolibet portetur, non est quantumcumque debili capiti desperandum. Videns igitur (quamvis maximè imparem, minimèque commertum) speculatorem domui Israel datum; nè sanguis animarum de manu meo requiratur, tamquam annuntiator veritatis applicabo breviter pauca de multis, videntur nullatenus reticenda.

*Sibimet*

*ipsi quisque invigilet.*

*Epist. Patran.*

2. Et verò primum ac princeps, qui commendem illud est, serio sibi, & ante oculos invigilent: intelligant suæ semetipsorum in primis curæ à Deo esse concreditos: reputent unicuique à Domino præclarum illud Eucherii monitum in dies, horarumque singulas identidem instillari: *Commendam animo tuo curam animæ tuæ.* Nimirum hoc spectare, ità apud se decernere quisque deberet, talem ego, Deo favente, me præstantem suscipio, quales eos esse, qui mihi parent, optârim; statuens munera in Societate

te, neque ad captandam quietem demandari, neque ad perfectionis, quoad satis sit, adeptæ contestationem, verum ad majores, quam unquam antea, exorbendos labores, tolerandasque perpeffiones; ad obligationem denique imponendam, quæ omnibus in virtutibus ad celsiorem perfectionis gradum citatiore cogat cursu contendere. Itaque transferre ad nos possumus, quod S. Gregorius ait: *Nomen nos Pastoris non ad quietem, sed ad laborem suscepisse cognoscite. Exhibeamus ergo in opere, quod signamur in nomine.* Sint igitur in sancta precatatione quam exquisitissimi, in excussionibus conscientiæ, ceteraque rerum omnium spiritualium tractatione: quo in ludo germanam illam piè paternæque regendi rationem, quam Institutum nostrum deposcit, haurimus. Denique meminere eos, qui alios antè purgant, quam ipsi purgati fuerint, à S. Gregorio Nazianzeno, tamquam minimè idoneos, à gubernatione repelli.

Lib. 4. epist. 59.

Orat. 21, sive de laudibus Athan.

3. Alterum, quod omni animi contentione atque operâ in CHRISTI JESU sanguine commendatum cupio, Regularum nostrarum in universum custodiâ continetur, Religiosæque vitæ disciplinâ, qua ceteris ipsi præluceant. Ut igitur dignitate sunt & loco principes, ita omni studio alla-

Superior Regulas observet.

borent, ut exemplar, ut forma sint omnibus  
 in victu, vestitúque, in tota ratione cubicu-  
 li, quod Regulá Rectoris secundá præci-  
 tur; dum legitimis temporibus precatorem  
 nem obeunt, conscientiam excutiunt, con-  
 bitum se conferunt, surgunt: quæ omnia  
 (credite) præstare si quis velit, omnino  
 let. Illud verò apud omnes fixum con-  
 tutumque sit, nisi exemplo præiverint, et  
 privatis monitis, non cohortationibus pu-  
 blicis, sive in subjectorum commodum, si-  
 ve in Societatis obsequium quidquam ad  
 modum se promoturos. Quin imò si  
 sibi culparum conscii alienas objurgant  
 nimè audebunt: quod si audeant, risu  
 contemptui erunt, stomachumque mor-  
 bunt potius, quàm ardens corrigenda  
 riò vitæ studium inflamment. Quare, quæ

Orat. 21.  
 sive de  
 laudibus  
 Athan.

S. Gregorius Nazianzenus habet, *duorum  
 terum peccant, vel quia veniã ipsi opus habent  
 ultra modum aliis ignoscentes, ut sic vitium  
 non modo non reprimatur, sed etiam docer-  
 tur; vel quia imperii acerbitate sua vitia  
 tegunt, ut non mores dignitati, sed dignitas  
 moribus fidem astruat, ordine admodum pro-  
 postero. Verissimum est illud Tertulliani*

Lib. de *Dicta factis deficientibus erubescunt. Non con-  
 patient. fundant, Hieronymus inquit, opera tua se-  
 Ep. 2. ad monem tuum, nè, cum loqueris, tacitus que-  
 Nepot. libe*

libet respondeat, *Cur ergo hæc, quæ dicis, ipse non facis?* Et alio in loco: *Erubescit quamvis præclara doctrina, quam propria reprebendit conscientia.* Et sanè, quo demum pacto ad commoditatum vitæ contemptum cohortabitur is, qui omni obsequio, & indulgentiâ corpori obsecundat; ad patientiam, qui minimis quibusque rebus commovetur; ad humilitatem, qui delicatum se, suæque peramantem existimationis ostendit? *Et oves mea,* apud Ezechielem Deus inquit, *his, quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur; &, quæ pedes vestri turbaverant, hæc bibebant.* Sollicita semper consideratione pensandum est, Gregorius Magnus ait, nè qui præsumunt exempla mali operis subjectis prabeant, eorumque vitam sua gladio pravitate extinguant. *Conculcata, & turbata pedibus oves pascentur, & bibunt, cum subjecti ea ad exemplum vivendi appetunt, quæ Prælati quique pravo opere pervertunt.* Idem præterea beatus vir verba illa primi Regum libri edisserens, *Erat autem bellum potens adversus Philistæos omnibus diebus Saul, expendit quidnam sit dimicare in die suo, in die alieno, & in omnibus diebus, aitque: Quod bellum Doctoris est aliud, quàm quod lingua conficitur? In die autem suo pugnat, qui verba prædicationis ex propria trahit luce virtutis: in die verò alieno*

Epist. 16.  
ad Princ.Ezech.  
34. 19.Lib. 22.  
Moral. c.  
ult.1. Reg.  
14. 52.Lib. 5. c.  
ult. in 1.  
Reg.

pugnare vult, qui contraire reprobis spiritibus  
 satagit non loquendo, quæ agit, sed predicando,  
 quæ novit: sed omnibus diebus pugnat, quæ  
 multa alios docet, sed nihil docendo profert,  
 nisi quod prius fulget opere: omnibus diebus  
 pugnat, quia omnia præcepta Dei ostendit  
 luce operis, quæ subsequendo vult pandere  
 lucem prædicationis. Meritò itaque bellum  
 potens dicitur, in quo cum omnimoda virtutum  
 lumine, vel operum luce pugnatur. Ex quo  
 ut quamvis bellum istud, quod à Moderato-  
 ribus, docendo inflammandoque, adversus  
 ignorationem teporémque geritur, uti Sa-  
 ctus hic perhibet, ad linguam pertinere  
 proximam sibi tamen pugnae victoriaeque  
 tem dextra vindicet.

Verbis e-  
 jus facta  
 responde-  
 ant.

Orat. 33.  
 sive 1. de  
 Theol.  
 Orat. 15.  
 sive in  
 plag. grā-  
 din.

4. Quocirca egregiè hanc in rem  
 zianzenus, Cur, inquit, manibus vindicemus  
 quam armamus? Nec enim, in sermone sapiens  
 est, idem alibi ait, hic mihi sapiens est; sed  
 qui pauca de virtutibus quidem verba facit  
 ceterum per ea quæ agit, multa demonstrat  
 ac fidem & auctoritatem sermoni suo per  
 tam conciliat. Præstantior meo quidem  
 est pulcritudo ea, quæ oculis cernitur, quæ  
 quæ sermone pingitur; & sapientia, quæ  
 opera demonstratur, quàm quæ sermone  
 atque splendescit. Me porrò non excitat  
 tum, sed etiam concutit atque tremefacit

la Gregorii Pontificis sententia, qui de fe- 21. Mor.  
 mina illa disputans, quæ natum, quem vigi- c. 8.  
 lans lactârat, dormiens oppresserat, in hunc  
 modum differit: *Magistri vigilantes quidem* 3. Reg. 3.  
*scientiâ, sed vitâ dormientes, auditores suos,*  
*quos per vigiliis predicationis nutriunt, dum*  
*quod dicunt facere negligunt, per somnum tor-*  
*poris occidunt; & negligendo opprimunt, quos*  
*alere verborum lacte videbantur.* In summa  
 si proficere quidquam cupimus, quod Jovi-  
 um S. Paulinus monet, præstemus necesse  
 est: *Non tam linguâ, quam vitâ eruditus; non*  
*tam disseras magna, quam facias.* Et verò  
 permultum interest, an via perdifficili atque  
 periculosa verbis quemquam dirigas, an ma-  
 nu prehensum deducas; neque subjectorum  
 rapit atque conciliat animos Moderatoris  
 oratio duris in rebus, tenorêque disciplinæ  
 præire jubentis, sed hortantis subsequi: &  
 exploratissimum est rectis exemplis curatio-  
 nem adhiberi multis partibus salutarem ma-  
 gis, & minùs cruentam. Equidem novi  
 subjectos repetere memoriâ debere illud  
 Christi: *Omnia quæ dixerint vobis servate &* Matt. 23.  
*facite, secundùm autem opera eorum nolite fa-* 3.  
*cere:* magnùmque illud Eucherii documen-  
 tum esse oppidò necessarium: *Obsecro te, de-* Epist. Pa-  
*lictum alienum (vel in ipsis moderatoribus de-* rænet.  
*prehensum) semper ut opprobrium respice,*  
 num-



numquam ut exemplum. Nihilominus tamen  
( quæ nostra infelix conditio est ) nimis quædam  
apertè experientia indicat, Cheraemonis Abbatis apud  
Cassianum pronuntiatur

Coll. 11. illud esse planè verissimum : Numquam erit  
c. 4. efficax instituentis auctoritas, nisi eam effectum  
operis sui cordi affixerit audientis. De S. Athanasio

Orat. 21. Athanasio Nazianzenus hæc habet : *Idemque de Basilio*  
sive de *comparans, ut neque sermone propter modum*  
laudibus *abunde ad institutionem sufficientes magnopere*  
Athanas. *opus haberet, &c.*

Orat. 20. *quens, Sermone, inquit, ad animarum curam*  
sive de *tionem haud multis indigens. Quæris quam*  
laud. Ba- *obrem? quia opere quam plurima persequens.*  
fil. *At cur, quod de eodem ille narrat, in nitruum erat oratio? quia vita fulgur.*

*Diutius fortasse, quam par erat, hoc in capite hæsi, quòd hic, pæne dixi, omnia vertisse fecam, & arbitrer illud B. Joannis posse huc meritò detorquere, Si solum fiat, sufficit. Qui communis vitæ normam ferre non possunt, ii, ut ceteris præsent, idonei ferè non sunt. Sanè B. Bernardus verissimè ille quidem, sed ut ad nimiam quamdam exaggerationem deflectere videatur, vel cum necessitas ipsa ad remissionem aliquam atque relaxationem cogit, magnum indè Ordini religiosos detrimentum accipere proficere. Estque nostri Instituti detrimentum, si cogit*

*infirmetas rigoris pristini aliquid relaxari.*  
 Quod si in iis qui parent id usuvenit, quan-  
 to magis in iis qui imperant obtinebit; cum  
 præsertim ad aperiendum vitæ commodita-  
 tibus, corporisque appetitionibus aditum  
 necessitatis nomen perniciosissimè advolet, in  
 iis nominatim, qui, quod ceteris præfint, fa-  
 cultate ad ista, & quasi clavi potiuntur? Eam  
 ob causam opto, ut in præficiendorum no-  
 minationibus hoc speciatim, an scilicet com-  
 mune vitæ rationem sequi valeant, tam-  
 quam summi rem momenti, dispiciant Pro-  
 vinciales. S. Carolus Borromæus Præfule  
 monenti per litteras, nè se asperâ adeò pœ-  
 nitentiâ mactaret, rescripsit appositè; Opor-  
 tere, ut exemplo suo Pastor amaritiam pœ-  
 nitentiæ edulcet & molliat. Eadem igitur  
 & ipse ratione pernecessarium planè esse  
 prædico, ut Moderator forma factus gregis  
 ex animo, quidquid in religiosæ disciplinæ  
 severitate austeri inest & acerbi, exemplo  
 leniat; & veluti isto pharmaco prægustato  
 horrorem ex subjectorum animis pavorém-  
 que depellat, quem parere ea sollicitudo  
 consuevit, nè amarum admodum sit atque  
 injucundum.

5. Tertium est, ut nostri sancti Insti-  
 tuti peritos crebra Constitutionum, Ordi-  
 nationumque, quas vocamus, lectione se red-  
 dant;

*Instituti,  
 Et Ordi-  
 nationum*

*notitiam  
habeat.*

dant; eæ ut serventur potiùs, quàm ut novæ  
condantur, strenuè unâ & suaviter curent  
non eas ad suam gubernandi rationem, sen-  
sùmque detorqueant, administrationem po-  
tiùs suam ad illas dirigant: nè sùsque de quibus  
omnia miscendi, eximendique identidem  
seu nullâ, seu perlevi certè causâ, Regulæ  
atque Ordinationibus liberam adeò sibi li-  
centiam arrogent; memores grave nimis fo-  
re piaculum, si quis ex disciplinæ, Regulæ  
rùmque jactura compendium sibi benevo-  
lentia venaretur. Deniq; hoc ipsum Apo-  
stolicum planè institutum subjecti ut ad-  
ment, quàm impensissimè poterunt, eni-  
tur.

*Consulta-  
tiones in-  
stituatur.*

6. Hunc in finem & verbis & re ipsa  
gnificent pergratum sibi, pèrque jucundum  
esse, si à suis Moderatoribus dirigantur, in-  
cem opemque subjecti afferant, præcipuè  
Consultores. Hinc fiet, ut omnes intelli-  
gant nequaquam illos grave ferre, si ad Mo-  
deratores de eorum administratione referen-  
tur, perscribatúrve. Et verò contrariu  
gendi ratio de eorum virtutis, sinceræque  
mentis opinione detraheret sanè quàm mu-  
tum: locumque suspitioni faceret, non uni-  
cam Dei gloriam, bonumque Societatis, sed  
proprium nescio quem gustum atque exilli-  
mationem eo illos in munere habere propo-  
sitam

litam. Ità præterea qua par est diligentia, consultationes suas tempori habebunt. Et fanè non possum non demirari, quò fiat, ut cum hoc præsidium tam enixè commendatum, adeò facile, tantæ sit ad faciendum omnibus satis, rectèque progrediendum efficacitatis, omnium nihilominus Provincia- rum concors ferè conquestio sit, infrequen- ter Moderatores cum Consultoribus agere; consultationes esse multò rarissimas, eas in primis, quæ ad res sancti Instituti nostri per- tinent, quæ tanti sunt tamen ponderis. Er- ga hoc ipsum Institutum, quemadmodum paullo ante monui, ut in subjectorum cor- dibus vigeat perpetuò amor, elaborent, cu- rà adhibitâ, ut sancta illa animi æquitas, vo- luntatisque absoluta abdicatio, ad quam in Probationum Domibus informantur, quæ- que ejus pacis est parens, quæ exuperat om- nem sensum, in iisdem & fervetur & au- geatur. Denique sollicitè curent, nè qui cum adolescentibus nostris versantur, quid- quam agant dicantve, quod amorem, ob- servantiam, estimationem Societatis, om- niùmque ejusdem celsissimi Instituti par- tium ulla queat ex parte, sive restringere, sive imminuere, aut quavis ratione severi- tatis disciplinæque religiosæ spiritum rela- xare.

*Subdito-  
rum spi-  
rituali  
profectui  
incum-  
bat.*

7. Quartum est, ut in spiritualem sub-  
jectorum profectum toto pectore incum-  
bant; illos, uti filios Deo carissimos, ab eo-  
dem Præsidum custodia unice commendo-  
tos, intueantur: eorum sive animi, sive cor-  
poris necessitates antevertant, ingenti carita-  
te, quæ ad omnes indiscriminatim pertinet,  
absque personarum acceptione, sine pondere  
& pondere; ita ut neque genii natura  
que consensione, neque cognationis neces-  
situdine, neque patriæ communiõne, ne-  
ullo denique humano respectu rapite sinant  
ut filiorum Dei in ejusdem domo condicio-  
nem disparem faciant. Sanè tragediarum  
recordatio, quas Jacob familia spectavit ob  
amoris præcipui significationes, quibus Jo-  
sephum virtute atque pro meritis ceteris he-  
beris adeò præstantem Beatus ille Patri-  
cha prosequabatur, satis apud nos esse debe-  
ret, ut nobis sedulo, continentèrque carere-  
remus: versareturque perpetuò ob oculis  
caritas, quæ ad omnes, uti ajebam, gene-  
tim sese protendat; sitque (quod præter  
neceste est) ejusmodi, ut nemini competi-  
tum sit, nemo non certò reputet in Præsi-  
dum re ipsa, tum verbis, interiùs exteriùs  
que promptam illam sibi semper atque ab-  
erem ad manum præstò futuram. Uno verò  
bo studeant omnibus omnia fieri in visceribus

bus, & dilectione JESU CHRISTI; inducántque in animum fore, ut super subje-  
 ctorum, etiam non perfectissimorum, caput  
 hac ratione carbones congerant, iisque de-  
 mum pro arbitrio utantur. Denique ut quis-  
 que maximè opis indiget, ejus sive animo  
 sive corpori, præcipua quadam sollicitudi-  
 ne atque cura prospiciant. Totum hoc vi-  
 gesima quinta Rectoris Regula edicitur:  
*Crebrò & magna caritatis significatione allo-  
 quatur subditos, eorumque necessitatibus non  
 corporis tantùm, sed multò etiam magis anime  
 paterno affectu prospiciat. Si quem verò in-  
 telligat aliqua tentatione pulsari, præsertim  
 gravi, ejus peculiarem curam & sollicitudinem  
 per se, sed etiam si necesse fuerit, per alios ge-  
 rat: nec remedium longius differendo diffi-  
 liorem morbi curationem reddat. Proh quan-  
 tum in hac regula, Patres amantissimi, mo-  
 mentum est, adeò ut si hanc unam, qui præ-  
 sunt, accuratè servandam sibi susciperent,  
 felicissimè cuncta progredierentur! Hæc fi-  
 duciæ illi, qua filii cum parentibus agere  
 consueverunt, aditum aperit; quæ si desit,  
 ratio gubernationis in Societate alia jam est:  
 hac caritas viam sibi munit, & rationem ex-  
 cogitat, qua omnium sive necessitatem, sive  
 indigentiam prævertat & subleuet. Quam  
 acrem mihi cupiditatem injicit Deus, ut mo-*

rem illum pristinum repetant universi, cum  
quod ego sciam, nemo certum cubiculum  
vestem aliam, munus illud, quidquam de  
que sibi poscebat, quod ita se praevenos,  
sibi prospectum omnes sentirent, ut vel  
hil admodum opus haberent, vel caritate  
Moderatorum & sollicitudine attonitos,  
nimo quidpiam agitare, nedum petere, pe-  
deret!

*Curam e-  
grotorum  
habeat.*

8. Ægrotos in primis facere non pu-  
sum, quin ex omnibus cordis mei visceribus  
Moderatorum sedulitati commende-  
Sollicitum enim me habet caritatis atque  
sollicitudinis Beati Patris I G N A T I I  
datio, qui inter tot tantisque occupatio-  
eam ægrotorum curam gerebat, ut haud scio  
am, an majorem impendere bene sedulus va-  
letudinarii administer, aut amantiſſima ma-  
ter queat. Nè quæso, per Domini carita-  
tem, præclaram adeò atque amplam heredi-  
tatem per incuriam atque oscitantiam non  
effluere patiamur. Constituantur igitur  
omnibus, si quæ obstant, perruptis, con-  
moda valetudinaria. Curatores eorum de-  
intelligentes parentur: quæ medici præ-  
scripserint, serventur quàm accuratè: de-  
que, ut meum uno verbo sensum & votum  
exponam, curetur, ut non Moderator tu-  
tum magnæque quispian auctoritatis Patris

cùm æger decumbit, sed frater, & tiro quilibet, quivis demum è Societate ægrotus, neque ad domesticas delicias, neque ad maternam industriam, & providentiam memoria referatur; quod illud ipsum est, quod de Ægypti monasteriis memorat B. Hieronymus in hæc verba: *Si quis caperit ægrotare, transfertur ad exedram latiore, & tanto seculo ministerio confortetur, ut nec delicias urbium, nec matris querat affectum.* Ad Eustoch. de custodia virgin.

9. Post ægrotos revoco in mentem hospites & peregrinos; erga quos nollem aurum illud purissimum caritatis, quæ in Societate claruit, sensim infuscaretur; mósque ille in caritatis Apostolicæ sinu ortus exolesceret, iis, qui peregre adveniunt, pedes lavandi, omni amoris voluntarisque adjecta significatione, ut suo in Collegio Domóve se degere sentiant: quo in genere, quæ peccari feruntur, nimio sanè rubore perfundunt. Et Peregrinorū.

10. Postremò, quod ad nostrorum curam, & religiosæ disciplinæ custodiam pertinet, inter plurima, quæ possem, hæc pauca exponere, atque impensè commendare. Bonos Præceptores, delingat.

fatis habeo. Principio in nostrorum Seminariis viri verè spirituales, atque incorruptis moribus ad docendū seligantur; qui ad magnos non minùs in doctrina litterisque, quàm in virtutibus processus habendos, rectis &



exemplis & monitis juvent auditores suos  
 Omnino, quibus præceptoribus utemur,  
 Collegia habebimus. Hac igitur in re  
 biles immotique persistant Moderatores  
 non suis propensionibus, non aliorum com-  
 mendationibus locum tribuant: sed op-  
 mos coram Domino deligant. Quod si  
 non nimis utilis deprehenderetur, qua  
 est quidem prudentiâ, magna tamen  
 tudine atque animo, antequam incipiat  
 esse, submoveant.

*Subditos*

*à cognato-  
 rum affe-  
 ctu avel-  
 lat.*

11. Deinde subjectos à nimio erga com-  
 sanguineos affectu divellant; planeque  
 tuant graviolem, quàm aspectu primo  
 tur, hunc morbum esse. Quoniam verò  
 ipsa de re communibus in litteris non  
 perstrinxi, tantùm addo, Provinciales  
 Regulis admoneri, inter capita, de quibus  
 sedulò in Visitationibus est inquirendum

Cap. 15.

unum hoc esse: *An aliquis domi nimis affectu  
 videatur ad consanguineos.*

*In colli-  
 gendis e-  
 leemosy-  
 nis non  
 sit impor-  
 tunus.*

12. Tertiò intelligant importunitatem  
 aliquorum in corrogandis eleemosynis  
 nimietate Dei obsequium maximopere  
 terpellari, nostrasque functiones quam  
 spicatissimas reddi; ut si Societatis munus  
 una, quod ajunt, manu sæculares alliciant  
 centenis hæc immoderatio manibus eos  
 amandet atque propellat.

13. Quartò nonnullorum ex Societate *Curet, ut*  
 sententiæ, in rebus præsertim ad mores spe- *sententia*  
 ctantibus, plus nimio liberæ, non modò peri- *tutiores*  
 culum est nè ipsam evertant, sed nè Ecclesiæ *docean-*  
 etiam Dei universæ insignia afferant detri- *tur.*  
 menta. Omni itaque studio perficiant, ut qui  
 docent, scribuntve, minimè hac regulâ &  
 normâ in delectu sententiarum utantur: *Tue-*  
*ri quis potest; Probabilis est; Auctore non ca-*  
*ret:* verùm ad eas sententias accedant, quæ  
 tutiores, quæ graviorum majorisq; nominis  
 Doctorum suffragiis sunt frequentatæ, quæ  
 bonis moribus conducunt magis, quæ de-  
 nique pietatem alere, & prodesse queunt,  
 non vastare, non perdere. Quoniam verò  
 Constitutiones, Decreta, Regulas, probè cal-  
 lent, de S. Thoma sequendo, de non prove-  
 hendis ad cathedras, aut etiam removendis,  
 qui ejusmodi doctrinam parvi facere, aut  
 cordi non habere præ se ferunt, præsertim  
 si novitatum amantes deprehendantur, qui  
 nulla sunt ratione ferendi, reliquum mihi  
 præterea nihil est, nisi, ut hæc ipia serven-  
 tur, maximi rem momenti quàm ardentissi-  
 mè possum urgere.

14. Quintò sedulò subjectorum linguis *Sit casu-*  
 invigilent, ut qua decet reverentiâ atq; ob- *tus in lo-*  
 servantiâ, de Prætulibus, optimatibus, reli- *quendo.*  
 giosis, omnibus deniq; loquantur; nè quid-  
 quid

quid domi geritur sæcularibus in aures in-  
surrent, nec magno illorum profectu, et  
maxima Societatis existimatione; nè tam  
multæ nullius necessitatis, aut utilitatis ep-  
istolæ, neque, si ve res ipsas, si ve rationem ex-  
quendi spectes, pro more satis religiosæ ser-  
bantur. Quoniam vero de loquendi licentia  
conquestus sum, meumque communi in-  
stola sensum exposui, non agam pluribus  
illud tantum adjicio, facere me non posse  
quin vehementer admirer, quæ fiat, ut, cum  
adeò frequenter nostris in tricliniis poena  
pro noxis in leges admissis infligantur, hæc  
una culpa (quæ tamen è gravioribus est) ab-  
tissimè patet, crebrò contrahitur) aut  
quam, aut rarò plectatur.

*Quemvis  
pro talen-  
tis suis  
occupet.*

15. Sextò omni ope atque operâ con-  
tendant, ut cunctos, pro singulorum viribus  
dotibusque, satis fructuosèq; habeant occu-  
patis: neminem ad otium vel quietem dis-  
rare permittant. In primis verò, si quem, qui  
se religionis subducatur oneribus, majori licen-  
tiâ, minùsq; Moderatoribus obnoxius vivat  
in aulas, & optimatû clientelas inserere se  
inferre animadverterent, maturè occurrant  
neque dum incommoda & corruptelæ incre-  
scant, virèsq; sumant, præstolentur; sed  
ipsa initia celeritate omni, fortitudine, ind-  
striâ utantur; neque hac in re modicum  
quid esse aut leve interpretentur.

16. Ad extremum sint, ubi res exigat, ar- *Sit arca-*  
 cani quàm maximè tenaces; eorum in pri- *ni tenax;*  
 mis omnium, quæ in reddenda ratione con- *præsertim*  
 scientiæ inter ipsos subjectosq; intercedunt, *in ratione*  
 quæque ipsis veluti patribus deteguntur; *conscien-*  
 atque intelligant hanc esse gubernationis to- *tia acce-*  
 tius in Societate veluti clavim. Quod si quis *pti.*  
 hoc in genere peccaret, næ ille à munere,  
 quod sustinet, semovendus foret. In summa  
 observetur perpetuò ob oculos filiorum se  
 Deo carissimorum, uti ajebam, curam gere-  
 re, quorum severissimam idem rationem exi-  
 get, & sanguinem animarum ipsorum pre-  
 tiosissimo sanguine dilectissimi Filii sui re-  
 demptarum resperarumque, de manu nostra  
 requiret. Moneo ad hæc e re Divini obsequii  
 visum fore, si facultates quælibet, quavis ra-  
 tione, cuivis à Generalibus etiam tributæ  
 revocarentur, uti omnes omnium his litteris  
 revoco; quod ipsum in singulis Provincia-  
 rum suarum domiciliis Provinciales denun-  
 tiari curabunt. Gratia Domini JESU CHRIS-  
 TI sit vobiscum. Dilectio mea cum omni-  
 bus vobis in CHRISTO JESU. Romæ 4.  
 Januarii, 1617.

*Omniun Servus in Christo*

MUTIUS VITELLESUS.

Ee 4

EPI-